Filioli mei quos sine peccato ge_
mitu peperi et enutrivi elapsum
est iam terminum cum dolore
auribus percipite verba que
loquor non aliqua turpitudine
motus sed paterna dilectione so_
lummodo que filiis etiam ingra_
tis non denegat beneficium et de
benignitate nature tutrix exi_
stens ad percussiones se clippeum
preparat pro eisdem sicut bene
recoletis vos monui plurimum
ab initio et instantissime casti_
gavi ne cum illa civitate que
maior est numero viribus
et potentia vos moveretis ad
litem nec animos degentium in
eadem incitaretis ad iram quo_
niam non patiuntur iura mi_
nores maioribus dominari im_
mo iubent precellentibus obe_
diri. et raro contingit quod
maiores bellando cum pusillis
amittant licet Deus pusillo gregi